

A SERENISSIMÆ ET PIISSIMÆ PRINCIPI  
ISABELLÆ CLARÆ EUGENIÆ

HISPANIARUM INFANTI, &c.

Quod perpetuam majorum suorum æmulata pietatem, virtutis hujusce vestigia nullis non locis gloriose impressa, hæc etiam in æde extare voluerit:

UT UBI

B Godefridus Bullonius Loth, Dux & S. R. I. ad Scaldim Marchio ad bellum sacrum in Syriam profecturus

Collegium Canonicorum Numinis instinctu fundavit ac dotavit

ANNO M. XCVI.

Godefridus Barbatus Lotharingæ Brabantiaque Dux reditibus prædiisque assignatis instructum munificè auxit

ANNO M. C. XXI V.

Avus Carolus Imperator, adstante Christierno Daniæ Rege, amplissimi, ad persolvendas Deo laudes, chori

Primo Lapide posito, fundamenta feliciter jecit

ANNO M. D. XXI.

C Parens Philippus Hispan. Indiarum, plurimumque insuper Regnorum Monarcha celebratis primis Ordinis sui Aur. Vell. Comitibus

Tholum Maximum, Tribus Donatis Penestris vitreis, ad Sanctissimæ Trinitatis honorem exornavit

ANNO M. D. LV.

Albertus Pius conjux, unanimi cum ipsa consensu, prædiis ad perpetuum divini cultus incrementum benignè donatis, dignitatem Collegii censumque ampliandum liberaliter decrevit

ANNO M. DC. XVI.

IBIDEM IPSA LOCI

D Splendidissimo summi Altaris operi fundando ad majorem Dei gloriam, Beatissimæ Virginis patronæ honorem,

Augendumque decorem domus Dei, lapidem primum posuerit

ANNO M. DC. XXIV.

Decanus & Collegium Cathedralis Ecclesiæ Antverpiensis cum Thesaurario & Sacræ Ædis Curatoribus

Ad gratiæ & perennaturæ memoriæ testificationem Mon. Poss.

ORNATUS.

A GREGORIUS Papa III. oratorium in Patriarchio in nomine B. Petri Apostoli, diversis ornatu metallis, a novo refecit, & circumquaque altaris parietes deargentavit, ac distinxit XII. Apostolos penantes libras centum octaginta. Fecit & calicem aureum præcipuum diversis ornatu lapidibus pretiosis, penantem libras xxx. similiter & patenam auream penantem libras viginti octo & semis. Ex Anast. Baron. 9. anno 731.

REVERENTIA.

Subit hic mentem alia pietatis & reverentiæ imago, quam sacratis Aris Braemmannorum quispiam, cujus nomen immerito apud Auctores reticetur, impendit. Nam cum in urbe Meliaporensi sacerdos Ecclesiam ingressus, literas per antiquas saxo cum cruce insculptas intueretur; Indum interperem accersit, qui cum vix ob altitudinem attingeret, Aram conscendere iussit, in qua Deo ter Maximo iuge sacrificium offerebatur quotidie, renuit: Nefarium facinus dicens, altare, in quo res divina fieret, humanis pedibus conculcari. O si vel modica hujus pietatis semilla in nostri ævi Novatoribus! non tot Ecclesiarum ruinas exhiberet Belgium, neque adeo sancta tua Domine conculcata essent & contaminata. Ofor. l. 2. hist. Eman. Beyerlinck in Apophth. Christian.

Emmanuel Lusitanæ Rex iustabat forte de via, qua erat pietate, cœnobium Hieronymianorum sodalium, quod a longarope nomen habet. Cum de more preces in templo fudisset, Religiosorum Præfectum egrediens officii gratia interrogavit: Satin salva res; & valent patres? Intulit ille ægrotare quosdam: ad quos visitandos Rex ingreditur, & in nosocomio chirothecas puero tradidit: qui rebus aliis occupatus, eas altari, in quo Missæ officium pro infirmis fieri solebat, imposuit. Rex visis in altari chirothecis, graviter offensus, ad eum conversus: Quomodo aures, inquit, has altari imponere? Quibus apprehensis disjecit, & piè genibus in terram positus, supplex oravit. Eo nimirum exemplo docens, quanta factis altatibus reverentia debeatur. Refert Hist. Pintus Lusitanæ Ordinis S. Hieron. 1. p. Dialog. c. 19. de tranquill. vitæ, tom. 2.

C SANCTORUM RELIQUIAS IN ALTARIBUS RECONDI. Cum Leo Papa III. Padeburnæ apud Carolum M. ellet, religiosum ejus, & salutare Christianitatis dilatandæ studium nobiliter inchoatum Apostolica auctoritate firmavit, atque in Ecclesia tunc ibidem noviter constructa, quoddam altare consecrans, adorandas in eo reliquias protomartyris Stephani, quas secum Roma detulerat, collocavit, fiducialiter id Principi promittens, quod oratorium illud tanti Martyris patrocinio munitum, non ulterius passurum foret injuriam, quam, ipso referente, prius ei contigisse cognovit, ut videlicet ob incolorem loci perfidiam, & odium in Christianam religionem, aliquoties igni traderetur. Et ob hanc maximè causam easdem reliquias ibi rogatu Imperatoris recondidit, non sine effectu congruæ fiduciæ, sponsonisque suæ, cum nihil tale postmodum illic perpetratum esse certissimum sit. Ex quo tempore Padeburnensis Ecclesiæ sedes tam Imperatoris sanctione, quam Apostolicæ benedictionis auctoritate fuit primitus constituta. Surd. in tr. anst. l. 5. Liborii 23. Julii Baron. tom. 9. an. Christi 799.

ALTARIUM EVERSIO.

Quam impiè verò se gesserit erga altaria Paulus Constantinopolitanus, id testatur sanctissimus Papa Martinus, exordio concionis ad Patres habitæ in Synodo Lateranensi: Paulus, inquit, prædecessores suos in his superare contendens, non solum scripto pravitatem suam defendens, contra recta sanctæ Ecclesiæ dogmata audacter præsumpsit, propter quod iusta ab Apostolica sede & ipse depositionis ultione percussus est. Insuper ad proprii erroris cooperimentum (quod nunquam à prioribus hæreticis præsumptum est) & illud illicitè ipse præsumere studuit. Altare enim sanctæ nostræ sedis in domo Placidie factatum (Placidie palatium erat Romani Pontificis, in quo Apocritarii habitare solebant) in venerabili oraculo subvertens diripuit: prohibens, ne adorandam & immaculatam hostiam, id est, sacram celebrationem Apocritarii nostri ibidem Deo offerre valeant, & vivificæ divinæ communionis sacramenta percipiant. Quos videlicet Apocritarios, quia ex præceptione Apostolicæ auctoritatis commonuerunt eum, ut de tali hæretico intentione recederet, nec non contritari visi sunt, persecutionibus diversis cum aliis Orthodoxis viris & venerabilibus sacerdotibus infecutus est eos, quosdam eorum custodia retri-

L. B. Theatr. vit. Human. Tom. I.

dens, alios in exilium deportans, alios autem verberibus submittens, &c. Ex Anast. Bibl. in Martino, Baron. tom. 8. Annal. an. 648.

IRREVERENTIA DIVINITUS VINDICATA.

Cum sub Juliano Apostata juberentur vasa Ecclesiastica sacra fisci ætario deputari, sublati januis Ecclesiæ majoris, quam Constantinus ædificaverat, sit cunctis accessibile sanctuarium. Ingrediente siquidem Juliano Præfecto Orientis Ecclesiæ, Felix præpositus regalium thesaurorum patiter introivit, & simul Elpidius Comes rerum privatarum. Ajunt enim, & Felicem & Elpidium prius Christianos, tunc à pietate recessisse, impio principi parere cupientes. Julianus itaque præfectus impudenter contra sacrum altare mixxit. Quem cum Euzojus prohibere tentaret, cum ille percussit in capite: Ferrur autem dixisse, Christianorum inventiones cœlestium cura non vacare. Porro Felix videns vasorum ornamenta, quæ Constantinus & Constantius frequenter obtulerunt: Ecce, in quibus, inquit, vasis, Mariæ filius ministratur? Sed pro his impietatibus vesanisque presumptionibus non post multum pœnas dare coacti sunt. Nam repente Julianus lævo morbo correptus, visceribus putrefactis interit, & excrementa non per meatus egestivos emittebat, sed scelestum os, quod blasphemis ministraverat, organum hujus excretionis est factum. Ajunt autem, illius uxorem fide fuisse clarissimam, eamque dixisse: Decet te, marite, laudare Salvatorem Christum, quoniam tibi per hanc corruptionem magnitudinem propriæ virtutis ostendit. Non enim agnoveras, contra quem pugnare voluisti, nisi consuetudine longanimitate hæc tibi flagella divinitus intulisset. His ergo verbis & passionibus imminenti causam languoris cognoscens, rogavit Imperatorem, ut Ecclesiis, quibus fuerant ablata, redderentur. Sed nec illum flexit, & ipse terminum vitæ suscepit. Porro Felix & ipse repente flagellum virtute divina suscipiens, sanguine toto die simul & nocte ex ore fuso, & venis corporis undique vacuatis, omnique virtute simul expenta, & ipse celeriter est extinctus, æternæque morti contraditus. Hist. Eccles. Tripart. l. 6. c. 3. ex Theodoret.

Annno Domini 874. cum magnus ex Africa exercitus Saracenorum Salernum civitatem sub Gnarferio Principe vallasset, diuque eadem obsidio perdurasset, cumque eorum Princeps nomine Abdila Ecclesiam sanctorum Martyrum Fortunati, Caji, & Anthes, sibi in habitaculum delegisset, & magno eorundem sanctorum Martyrum improperio omne genus impudiciæ super altare ejusdem Ecclesiæ, ubi iteratum pararat, exercere soleret; accidit, ut dum illic iustantem opprimere virginem conaretur, repente sacrilegum ultio divina percussit, trabe è tecto delapsa super eum, qua illæsa penitus virgine, scelestissimus & impurissimus Arabs extinctus est, in cujus locum Saraceni alium subrogant Regem Abimelech eunuchum. Ad miraculi evidentiam declarandam accessit, quod trabs illa procul ab altaris perpendicularo distans, non nisi divina potentia potuit in sacrilegum Saracenum altare profanantem immitti. Hæc in rebus gestis Longobardorum Principum Beneventanorum apud Heremertum. Baron. tom. 10. Anno 874.

In Angelorum tutela sunt sacra Altaria.

¶ Vide Angelus.

Altiores.

¶ Quere Nutritii, Nutrices. Fides erga Alumnos. ¶ Quere Fidelitas. Persidi erga illos. ¶ Quere proditores.

Altum. Altitudo.

¶ Vide Tit. de Puteis. Item Turres, Tit. de Edificiis.

A Alumen. Eiusque fodine.

Vide Tit. de Loco considerato respectu Naturae eius quod in eo est: ubi de Fodinis metallorum, & aliarum rerum; & Alumen ab igne non consumitur. Quare tit. de Igne. & Qui non lesi, non consumpti.

Alvus. Consultatur Tit. de Affectione, sive affectibus corporis. De Morbis in specie. De generibus Mortis, &c.

Amanuenses. Vide Locum & Tit. de Scribis.

Amasii. Eorum habitum, mortem, condemnationem non ferre.

Consule Tit. de Libidine. §. Libidinis conservatio. Erga Amasios, crudeles. Vide Crudeles. Amare. Quare Amor, Studium, &c.

Amantes. Amatoria. VENEFCIA. ASTUTIA. Quarantur sub Locis & Tit. propriis.

C Ambidextri.

In ambidextris, qui ex aequo omnia munia utraque manu possunt uti, consuetudo plurimum potest; interim tamen robur plurimum adesse verisimile est, quod efficit, ut virtus motiva aequè in sinistra, atque in dextra manu vigeat.

ABANENSES septingenti lectissimi, scævæ omnes, qui manu sinistra pro dextra utebantur. Iud. 19. & 20. APOX ambidexter Israelitarum dux, eos in libertatem vindicavit, cum Egion regi Moabitarum octodecim annis servisset. Marul. l. 4. c. 9.

Indacus ambidexter, sub Leone Marciani Imp. successore floruit, homo audacissimus & pedibus valentissimus: tamen læva robustior fuit. Suidas.

Theophilus Imp. Agarenos multos in captivitate redegit. Inter quos Agarenus quidam erat ambidexter, scholæ gladiatoriae princeps, duabus hastis ex equo pugnans, quem secum Imperator in triumphum duxit. Cusp.

D \* Ambiguitas.

\* DEFINITIO & ETYMOLOGIA.

AMBIGUITAS, quæ Simplicitas dicitur, id significat, quod impedimento est, ne progrediamur. Plato in Crat. Ambiguitas est, quæ unumquodque contradictorium æqualibus ambu rationibus. Alb. Mag. Ethic. 7. tract. 1. c. 1. & a Græcis vocatur ἀμυβωσία.

Ambiguum est, quod ambit utramque partem per rationes æquipollentes. Alb. Mag. Metaph. 2. tract. 2. c. 1. sive quod in utranvis partem animo agi potest. Nota est res significata Poetis: ita Virgil. 4. Aeneid.

Hec quid agat? quæ nunc reginam ambire furentem Audeat assatur? & qua prima exordia sumat? Idem 8. Aeneid.

Atque animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc? In partes que rapit varias, perque omnia versat. Idem 10. 9.

Aut pugnam, aut aliquid jam dudum intrudere magnam

Mens agit at mihi, nec placida contenta quiete est.

Ovid. Epist. 16. Heroid.

Et libet & timeo, nec adhuc exacta voluntas

Est satis, in dubio pectora nostra labant.

Idem 7. de Ponto.

Quo pede nunc utar? dubia est sententia nobis.

Idem 4. de Ponto.

Nec quid agam invenio, nec quid nolimve velimve;

Nec satis utilis est mea nota mihi.

Etiam apud Cic. nota vox in Verrem, & lib. de Oratore,

& l. 1. ad Herennium dicit: Ex ambiguo controversia nascitur,

cum scriptum duas aut plures sententias significat.

Exemplum addit tale: Tullius meus haec Terentiae uxori

XL. pondo vasorum argenteorum dato, quæ volet. Post mor-

tem ejus, vasa pretiosa & cæta petiit mulier. Filius se,

quæ ipse vellet, in XL. pondo debere dicit. Hæc controversia

oritur ex ambiguo scripto.

Vide tit. de Exercitatione Grammatica, respectu significationis considerata.

AMBIGUITATIS EXEMPLA ET APOPHTHEGMATA.

DIOGENES servum quendam fugitivum videns ad puteum

sedentem: Vide, inquit, adolescens, ne excidas: ambiguo

verbo ludens. Nam excidit, qui in puteum decidit, &

excidit, id est, excidit, qui de loco pellitur. Laert. l. 6. c. 2.

Idem interrogatus, quamobrem athleteæ nihil sentiant?

Quoniam, inquit, fustis ac bubulis carnibus educati sunt:

Nam athleteæ crassioribus cibis nutriuntur, qui corpori

quidem robur conferunt, sed mentis acumen hebetant. Vocis

autem ambiguitas dedit joco locum. Nam ut Græc. ἀδύνατος,

ita Latinis sentire, tam ad animum quam ad corpus pertinet.

At percontator ille quærebat, quid esset causæ, cur athleteæ

velitis gestibus carentes non offenderentur plagis: Diogenes

animatorum stuporem notare maluit. Laert. l. 6.

Idem, quum mentio fieret de puero stuprato, Diogenes

interrogatus, cuius esset, lusus ex ambiguo dicens, Tegeates:

nam Tegea civitas est Arcadiæ, Tegos autem inter-

num idem est quod lupanar. Idem.

ISCHOMACHUS, quum mendica quædam ventris tormina

patere, ac medicus percuntaretur, num haberet in ventre?

Quid potest, inquit, quum in triduo nihil comederit?

Et hujus diei festivitatis jucundior est Græcis, quibus in ventre

habere dicitur, quæ fert uterum: Nam id medicus per-

contabatur, an esset gravida. Eras. l. 6. Apoph.

Stratonicus musicus, quendam qui malè cecinerat, roga-

vit, cuius esset cantio: quum ille responderet, Carcinus: multo

magis, inquit, quam hominis. Carcinus enim Græcæ can-

torum sonat. Est autem eadem vox cantoris eujusdam no-

men, quem notant Græcorum proverbialia. Eras. l. 6. Apoph.

Idem, quum trabes delapsa quosdam ex convivis occidisset,

dixit ἀδύνατος, δόξα, δὲ οὐκ εἶναι, εἰ δὲ οὐκ εἶναι, δόξα εἶναι. Id

Latinè reddi non potest: jocus est ex amphibologia: δόξα

sonat trabi, si subscribas jota, & sine hac, sonat opinor:

Viri, opinor, dii sunt: quod si non sunt, trabi sunt. Nisi

fortè δόξα legendum, acuto accentu: ut intelligas, trabes

sunt. Idem ibid.

Idem, quum Satyrum accepisset apud Ilium peregrinari

festiviter in illum torsit illud proverbio jactatum, In Illo

semper mala, ludens ex ambiguo vocis. Aliter enim mala

diciuntur, quæ misera tristitiaque sunt, aliter homines mali.

Idem ibid.

Idem Polytae gloriantis, quòd discipulus ipsius Philopas

canendo vicisset Timotheum: Miror, inquit, si ignoras,

quòd discipulus tuus condidit decreta, Timotheus autem leg-

es. Jocum captans ambiguo vocis. Nomos enim Græcis

& legem sonat, & modulus cantionis. Eras. ex Ath.

Philoxenus, cui cognomen Pterocopis, patria Corinthus,

orto sermone, quòd turdi magno venderentur, quum

fortè adesset Coridius qui malè audiebat, quòd corpus suum

ad quæstum profuturisset: Atqui ego, inquit, memini, fuisse

tempus, quo Coridus obolo parabatur: ludens ex ambiguo,

nam Coridus etiam aviculæ nomen est. Eras. 6. Apoph.

Demonax in Herminum Peripateticum, qui semper in ore

habebat decem Aristotelis Categorias, ita lusi: Equidem

arbitror, Hermine, te non dignum decem Categorias. Jocus

est ex ambiguo vocis. Categoria Græcis vel prædicamenta

diciuntur, vel accusationes. Eras. l. 8. Apoph.

Idem, quum Athenis quidam Romanus lenator filium ad

Demonactem adduxisset elegantiam forma, vestitu delicato, ac

deliciis effeminatum, diceretque: Salutate, dè Demonax,

filius

A filius meus. Pulcher est, inquit, & te dignus, & matri non abimilis. Utrumque poterat dici in laudem. Nunc autem patrem notavit ex filii effeminatis moribus, & matri similem dixit mollem & deliciis eviratum. Ibidem.

LAUS Corinthia cuidam amatore, qui misso sigillo jubebat illam venire: Non possum, inquit, lutum est. Olim terræ genere signabant, at illa lutum esse dixit, quasi ob lutum viarum non posset accedere. Lutum sigillum nihil morabatur, argenteum quærebat. Eras. 6. Apoph.

PHILIPPUS Macedo in acie vulneratus circa claviculam cum decumberet in lecto, & medicus, a quo curabatur, subinde præmium efflagitaret: Sume, inquit rex, ipsemet, habes enim clavem in tua potestate: ludens accipiti voce: κλεις enim Græcè & clavem sonat, qua aperitur cista, vel janua domus, & commissuram quoque humeri cum pectore. Plut. in apoph. Reg. & Imp.

CITROPHUS à Philippo donatus equo faucio, vendidit, & cab eo post interrogatus, ubinam esset equus? Ex vulnere, inquit, illo confectus est. Ludens ex ambiguo, nam κίτροπος autè sonat, venditus est, & confectus est. Eras. 6. Apoph.

PLANCUS in judicio amici, cum molestem resem destrueret vellet: interrogavit futorem quendam, quo se artificio tueretur? Ille ubi respondit, Galbam fubigo. Habetur hoc futurum instrumentum, quod non infacitè adulterii in probationem ambiguitate convertit. Nam Plancus in Mævia Galba nupta malè audiebat. Macro. lib. 2. cap. 2. Saturn.

TITUS quidam studiosè pila ludere solebat, sed idem noctu signa sacra frangere putabatur. Hunc cum gregale in campo desideraret, Veipa Terentius hoc colore excusavit, ut diceret, illum fregisse brachium. Nam divorum imagines brachiis gestabant donaria. Huc alludit Veipasianus. Eras. lib. 6. apoph.

PROCLEPUS, quærebat de filio, quòd expectaret mortem patris, quumque filius responderet: Ego verò non expecto: Imò, inquit, rogo, ut expectes. Detorsit verbum in contrarium sensum. Expectat mortem patris, qui inhiat; & expectat, qui non accelerat mortem patris. Fab. lib. 9.

C. Olim magna erat sepulchrorum religio, eaque parsagri quæ sepulchro erat dicata, non proficiebatur aratro. Vetus itaque quum nihil hac religione deterritus patris monumentum exarasset, Augustus faceret jocus est: Hoc inquit, est verè patris monumentum coeleste. Rursus lusi accipiti verbo. Colimæ ex quæ veneramus, & colitur ager & illud simile. Gemina fuisse amphibologia, si pro monumento dixisset memoriam, quod ab illo dictum arbitror. Siquidem eorum memoria nobis sacrosancta dicitur, qua vita defunctos veneramus, & memoriam ad Græcorum imitationem vocamus defunctorum monumenta. Eras. lib. 4. apoph. ex Svetonio, & Tranquillo.

IDEM. QUUM plerique rei, quos Severus Cassius accusabat, absolventur, & is cui Cæsar forum extruendum locarat, diu traheret illum operis expectatione: Vellem, inquit Cæsar Augustus, ut Cassius & forum meum accusasset. Jocus est ambiguo verbo; nam absolvitur, quod perficitur, & absolvitur, qui à causa liberatur: absolvit opus architectus, & reum judex absolvit. Eras. lib. 4. apoph.

ROMANI, quum ex oratione Neronis, qui in Vindicem perorabat, recitaretur in senatu, daturus penas sceleratos ac brevi dignum exitum facturos: exclamatum est ab universis, Tu facies Auguste. Quæ vox bifariam potest accipi: Tu facies, ut dent penas, aut Tu dabis penas. Svetonius in Nerone.

IDEM Cæsari in senatu enixè defendenti causam filiae Nicomedis, beneficiæ regis in se commemoranti: Romanè, inquit Cicero, illic ore, quoniam norum est, quid ille tibi, quid tui illi dederis. Jocus est ex ambiguo verbi. Nam dar, qui confert beneficium, & dat mulier, quæ sui fecit copiam. Unde illud Martialis:

Vs dare, nec dare vis.

Malè audiebat Cæsar, quòd in Bithinia Nicomedi regi fuisset obsequentior, quàm pudicitia leges postulant. Eras. 4. apoph.

PHILIPPUS orator in malè odorem: Video, inquit, me à te circumveniri, sentiens se malo odore undique oppleti, quum circumvenire dicatur, qui dolo fallit. Eras. apoph.

IDEM causam agens, quum pusillus testis produisset, Licetne, inquit, rogare? Quum quaesitor properans dixisset: Licet,

modò breviter; hic Philippus: Non accusabis, per pusillum rogabo. Primum in testem risus obortus est; sed mox in judicem Lucium autisthem conversus, qui sedebat ipso teste brevior. Ibid.

CURTUS eques Romanus deliciis diffusus, quum apud Cæsarem cenaret, macrum turdum sustulit in patina, eamque tenens interrogavit Cæsarem, liceretne mittere: cumque is responderet: Quid liceat? ille protinus avem misit per fenestram, jocum artipieus ex ambiguitate verbi: Nam cibus è convivio dono mittitur amicis, quod apud Romanos erat solemne; & mittitur, quod abjicitur. Eras. lib. 4. apoph.

QUUM Cicero in Pompeji castra venisset, dicentibus, Serò venisti: Minimè, inquit, serò, nam nihil hic adhuc parari video: Alluist ad eos, qui serò veniunt ad convivium. Jocus est ex ambiguo. Serò venit qui tardè venit, & serò qui post tempus. Plut. in Rom. apoph.

IDEM, quum Faustus Syllæ filius ob aris alieni magnitudinem suspellèctilem suam proficipeisset: Hanc, inquit, profcriptionem magis approbo, quàm paternam. Lusi ambiguo verbo. Profcribuntur homines à quovis jugulandi, quò crudelissimo genere Sylla quamplurimos cives profcripserat. Plut. in Rom. apoph.

IDEM in Iauricum ita lusi: Miror, quid sit, quòd pater tuus homo constantissimus, te nobis varium reliquerit. Jocus ex amicis. Nam varius dicitur, parùm animo constantis; varius item, qui vestigiis plagatum notatus est. Vulgatum autem erat, hunc Iauricum aliquando à patre cæsum loris: Inde illud M. Cælii prætoris non dictum, sed factum: cuius quum fellam curulem consul Iauricus fregisset, alteram posuit loris intentam, tacitè minitans illi, atque exprobrans, quòd à patre loris cæsus esset. Eras. 4. Apoph.

CRASSUS, quum Brutus junior fundos ædificque paternas luxu prodigisset, & in his etiam thermas, & in sermonè quodam diceret se frustra suadere: Non mirum, inquit Crassus, nuper enim existi è balneis. Lusi ex ambiguo. Exit è balneo, qui lavit, & exit, qui vendit, alterique cedit. Eras. 6. apoph.

L. GALBA scurra, cuidam pilam negligenter petenti: Petit, inquit, tanquam Cæsaris candidatus. Hujus competitoris negligentius ambiebat, vel quia metuebant Cæsarem repulsa impatientem, vel quia desperabant se asequuturostali competitorè, vel quia sic illi blandiebatur. Jocus est ex ambiguo, petitur pila, quæ repercutitur, & petitur magistratus. Eras. 6. apoph.

Ambitio.

DEFINITIO & ETYMOLOGIA.

AMBITIO, Græcè φιλοτιμία, φιέτιμος, ambitiosus dicitur, & appetitus potentia, secundum Alex. 2. 2. tract. de Ambitione quest. 2.

Ambitio, Hebr. Ghaon, elatio, arrogantia, superbia, à verbo Gach, elatus est, magnificus fuit, nempe in oculis suis. De Deo propriè dicitur, quòd verè magnificus, magnificentia dignus, & magnificè omnia peragar. Quid autem habet homo, quod non acciperit? & cur adeò superbit, & majora semper appetit? Hinc Græcè γαίος, gloriol.

In actis Apostolorum Lucas c. 25. utitur verbo Ambitionis, v. 23. quod tamen Syrus interpretatur per Græcum γάρρανος, & heda Apparatum dicit & fastum. Ubi Græci thesauri Auctor perpetam reprehendit textum vulgarem, quòd ambitio nem vocet γάρρανος: perpetam, inquam, cum pro effectu ponat causam: apparet enim & conspicuus fastus sive apparatus, si modum excedit, provenit ex ambitione, eamque declarat. Etiam Athenæus ita scripsisse reperitur lib. 5. de luxu Atheonionis, & Herod. in Polym. loquens de Xerxe Rege.

Ambitio est appetitus inordinatus honoris, secundum B. T. ho. 2. 2. q. 13. art. 2.

Venit ab Ambio, quod propriè significat Circundo. Virgil.

Aeneid.

Qui rapidus flammis ambit torrentibus amnis.

Et per metaphoram, aliquando ambire est blandiri & circumvenire. Virg.

— Quo nunc reginam ambire furentem

Audeat assatur.

Et quoniam Romani, dum honores & magistratus affectarent, singulos circuire, dextras prensare, rogare; ut se intragis

**A**gis adjuvarent, factum est, ut ambitu capiat pro eo, quod est honoris & magistratus querere. Dicimus autem ambitio & ambitio, sed hoc interesse videtur, quod ambitio proprie est honorum, & laudis immoderata cupiditas; Ambitio vero quod ad publicos honores, & magistratus turpibus ac inhonestis artibus, ut puta, blanditiis, precibus, largitione, contentimus, qualis est in honoribus & beneficiis Ecclesiasticis, que vulgo à Simone Mago Simonia dicitur. Quæcumque autem ambitus facit, ambitio facere compellit.

Est autem ambitio quedam Simia charitatis, charitas enim patiens est pro æternis, ambitio patitur omnia pro caducis. Charitas benigna est pauperibus, ambitio divitibus. Charitas omnia suffert pro veritate, ambitio pro vanitate: utraque omnia credit, omnia sperat, sed longè dissimili modo.

*Ambitionem in genere presenti Tractatione pro vitio in excessu circa honoris cupiditatem ponimus, qualescumque sunt honores, tam divini quam humani, & inter humanos, imperia, regna, magistratus, triumphus, coronas, statuas, &c. Comprehendit ergo hæc tractatio simul & potestates: quarum illa in magnis honoribus, hæc in parvis posita est. Apud Romanos, quoniam evidens maxime erat honoris studium in magistratum petitione, nimiam hæc gloria cupiditatem, ab ambiendo, & populi favorem in comitiis conciliando, Ambitionem vocarunt: Ambitum vero, si munera quaque, quibus suffragia emendicarentur, accessissent. Hunc severe puniebant: illam non item, ut ipse benevolentia civili & sacra virtutis existimatione mitentem. Ipsa postea loquendi obtinuit, ut omne nimium gloria studium, quod xodoçia vocant Græci, etiam generali voce Ambitio appellaretur. Quam vocabuli significationem nos hic quoque retinebimus, ex quibuscumque rebus, quomodo documque gloria immoderata a capetur. Exempla non pauca Liber tatis & Prodgalitatis huic loco inservire possunt, quatenus ex his adhibitis laudem immodice affectant. Potest etiam Superbia hæc transferri propter conjunctam ambitionem: quum aliquo ratione Perturbationis, & Mendacii, & Inhumanitatis, alterius sit loci. Potest etiam Injustitia & Perfidia, quatenus honoris causa fidem, quibus minime debebant, frangunt, hæc transferri.*

**B** Ambitionem in genere presenti Tractatione pro vitio in excessu circa honoris cupiditatem ponimus, qualescumque sunt honores, tam divini quam humani, & inter humanos, imperia, regna, magistratus, triumphus, coronas, statuas, &c. Comprehendit ergo hæc tractatio simul & potestates: quarum illa in magnis honoribus, hæc in parvis posita est. Apud Romanos, quoniam evidens maxime erat honoris studium in magistratum petitione, nimiam hæc gloria cupiditatem, ab ambiendo, & populi favorem in comitiis conciliando, Ambitionem vocarunt: Ambitum vero, si munera quaque, quibus suffragia emendicarentur, accessissent. Hunc severe puniebant: illam non item, ut ipse benevolentia civili & sacra virtutis existimatione mitentem. Ipsa postea loquendi obtinuit, ut omne nimium gloria studium, quod xodoçia vocant Græci, etiam generali voce Ambitio appellaretur. Quam vocabuli significationem nos hic quoque retinebimus, ex quibuscumque rebus, quomodo documque gloria immoderata a capetur. Exempla non pauca Liber tatis & Prodgalitatis huic loco inservire possunt, quatenus ex his adhibitis laudem immodice affectant. Potest etiam Superbia hæc transferri propter conjunctam ambitionem: quum aliquo ratione Perturbationis, & Mendacii, & Inhumanitatis, alterius sit loci. Potest etiam Injustitia & Perfidia, quatenus honoris causa fidem, quibus minime debebant, frangunt, hæc transferri.

**C** **\* AMBITIONIS MODI.**  
Ambitio tribus modis committi potest, juxta diversitatem inordinatæ petitionis, quæ honores appetere quis valet. Primo, si appetatur dignitas aut honor major, quam persone conveniat: sive ob rem quam non habet, verbi gratia, ob gradum aut eruditionem quibus caret, sive ob aliam rem que omnino impertinentis est, ut si quis ob divitias, amicos, formam, velit promoveri ad munus, ad quod est indignus. Secundo. Si ex re illicita honor queratur, puta arte magica, rebellionis, &c. Tertio. Si cum Dei offensâ is ambiatur. Ut si per Simoniâ, injustitiam, Principatum vel dignitatem studeas acquirere. *Vide Lessium lib. 3. c. 2. dub. 3. n. 21. de jure & justitia.*

**\* ORIGO.**  
Oritur Ambitio ex superbia, sicut enim hæc est inordinatus appetitus excellentiæ, ita ambitio est appetitus inordinatus honoris, qui testimonium est excellentiæ. Quo fit, ut omnes ambitiosi sint superbi, & è converso: habet enim ad superbiâ sese Ambitio, ut propria illius passio, vel ut effectus illius adaquat.

**D** **\* AMBITIOSORUM**  
**EXEMPLA SACRA.**  
Loquuta est Maria & Aaron contra Moysen, & dixerunt, Nonne & nobis similiter loquutus est Dominus: Sed hæc verba videbantur ambire ducatum populi sui. Num. 12.  
**CHORÆ** & complices sui anhelantes ad regnum populi, condemnaverunt Moysen, & Aaron accusaverunt, dicentes: Sufficit vobis, quia omnis multitudo sanctorum est, ipsius est Dominus. Cur elevamini super populum Domini? Num. 16.  
**ABIMELECH** filius Jerobaal calidè procuravit se eligi per amicos ex parte matris suæ; sed postea pessimè succcessit utriusque. *Judic. 9.*  
Parabola illa, quam proposuit Joatham, quod oliva, vitis, & ficus non fuerunt ubi regnum accipere & principatum. Rhamnus vero arbor modica & vilis, regimen usurpare præsumpsit, potest ad ambitiosos aptari. *Eodem.*  
Dicebat Gaal filius Obad: Utinam daret aliquis populum istum sub manu mea, ut auferem de medio Abimelech. *Eodem.*

**ABSALON** hominibus ad iudicium regis venientibus & David blandiendo, detrahendo simul & ambiendo, dicebat: Videtur mihi sermo tuus boni & iusti, sed non est qui te audiat constitutus a rege: Quis me constituit iudicem super terram? Sed nota, quid ei postea acciderit. *2. Reg. 15. 17. & 18.*

**ABDONIAS** filius Heli elevabat, dicens: Ego regnabo. Sed parum regnavit. Nam paulo post interfectus fuit. *3. Reg. 1. & 2.*

**DIXIT** Abias Sylonites propheta ad Jeroboan: Regna super omnia, que desiderat anima tua. Sed postea adeptus regnum super decem tribus, pessimè se habuit. *3. Reg. 11. & 22.*

**ZAMBRI** videns Hela dominum suum regem Israël temulentum, occidit eum, & regnavit post eum septem diebus tantum. *3. Reg. 16.*

**ATHALIA** mater Ochozia regis, videns mortuum esse filium suum, in tantam exarfit libidinem dominandi, quod interfecit omne semen regum, excepto Joas, qui fuit à sorore Ochozia furtivè sublatum. *4. Reg. 11.*

**SELLUM** filius Jabez, conjuravit contra Zachariam regem Israël dominum suum, & interfecit eum, & regnavit pro eo uno mense, & ipse interfectus est. *4. Reg. 15.*

**NABUCHODONOSOR** rex Assyriorum, vocavit duces belatores suos, dixitque cogitationem suam in eo esse, ut omnem terram suo subjugarer imperio. *Judith.*

Ambitiosi & superbi plus affliguntur de paucis, qui eos præcedunt, vel eis non obediunt, quam latantur de multis qui eos sequuntur, vel obsequuntur eis. Unde superbus Aman, qui erat secundus à rege, & filius & divitias multas habebat, nil se habere putabat, quamdiu videbat Mardochæum ante fores regias, &c. *Esther. 3. 5.*

Audivit Scron, quod congregavit Judas Ecclesiam fidei, & ait: Faciam mihi nomen, & glorificabor in regno, & debellabo Judas: sed ipse citò fuit debellatus à Juda. *1. Mach. 3.*

**ALCIMUS**, qui volebat summus Sacerdos fieri, & quidam alii iniqui de populo Judæorum, venerunt ad regem Demetrium, dicentes ei: Perdidit Judas & fratres ejus amicos tuos, & nos disperdidit de terra nostra. *1. Mach. 7.*

**PTOLEMÆUS** rex Egypti voluit dolo opprimere regnum Alexandri, & tandem obtinuit Alexandro devicto & in Arabiam fugato: & abfuit Zabdiel Arabis caput Alexandri, & misit Ptolemæo, qui parum gavisus est, quia mortuus est die tertio. *1. Mach. 11.*

**PTOLEMÆUS** filius Abobi habebat argentum & aurum multum. Exaltatus est cor ejus, & volebat obtinere regionem, qua occasione proditorie occidit Simonem summum sacerdotem, & duos filios ejus. *1. Mach. 15.*

Ambibat Jason super omnes summum sacerdotum, propter hoc adit regem Antiochum nobilem, promittens ei trecenta sexaginta argenti talenta & multa alia. Quod cum rex annuisset, modico tempore sacerdotii honore functus est, quia Menelaus quem misit ad Antiochum, retorsit in se summum sacerdotem, qui etiam citò fuit amotus, & Lytiamus frater ejus loco illius substitutus. *2. Mach. 4.*

**AMBITIONIS ACQUISITIO. IN GENERE.**  
**EX HISTORIIS.**  
HUC PERTINENT.  
**AMBITIONIS MAGISTRI.**  
QUI V. G.

*Sacri homines, Pontifices, Sacerdotes.*  
*Vide infra sub 3. 4. 5. Pontificum appetere, quatenus Clerus, Cardinales, aliorum ambitionem fovere videntur.*  
Ludovicus Balbus Caroli Calvi Imp. F. sedes cum Germanis regibus fecit, his legibus, ut Lotharinga inter Francos Germanoque æquis partibus divideretur: de Imperio neutris jus esset alio loco, quam in Italia dimittere. Id triste misereque Pontifici Maximo fuit, pari Italiam belli alieni mala, immunitibus malorum his, inter quos bellum foret. Idcirco anteverit Joannes IX. Pontifex Maximus, in Franciamque venit, turbatis etiam in Italia regibus, cum exagitarer contrariarum factionum de Imperio certaminibus. Ipse Franciarum partium erat, ac præjudicium fuit esse debebat, ut cum Calvum Augustum creasset, Balbum filium in ejus defuncti locum sufficeret. Adversâ factio Carolum Crassum Germanum Cesarum

**A** farem appellabat. Joannes à proceribus Gallie officiosissime exceptus, Balbum Augustum creavit, coronavitque. Annum in Francia mansit. Coactus est in urbem redire, quod à Saracenis Italia vexabatur. Carolus Crassus in Barbaros summam virtutem religionemque præstitit. Italia defensa, cum Augustum salutatum Joannes Pontifex non invidius tandem coronavit (quod nescio, an ulli alii Pontifici contigerit) intra quatuor annos trium Imperatorum coronatione nobilis. *Amilii lib. 3.*

**JOANNES** Abbas Cassinatium, cum ætate confectus se morti proximum esse sentiret, nepotem suum Joannem cognomen Rotundulum, quem non multos ante dies monachum fecerat, Abbatem sibi suffruit. Quod cum plerique monachorum indignè ferrent, post menses aliquot Pandulfum Principem Beneventum accesserunt, ejuisque filium Ateulicum Abbatem designarunt. *Sig. lib. 6. reg. Ital.*

**ALBERICUS** Martorini Episc. ab Othone Magno Imp. jus monasterii S. Angeli de Barregio, quoad vivere, impetravit: quo defuncto, ad Cassinenses ut rediret, inter ipsos convenerat. Is ob ætatem Guisifio filio notho Episcopatum regendum dedit, ac Cassinense quoque monasterium in filii potestatem redigere laboravit. Capuanorum igitur, quibus invidium Cassinensem Abbatem sciebat, animos tentat, promissa ingenti pecunie copia, ut Abbatem oculis privent. Ejus pecunie dimidiam partem in præsentia, alteram, cum excelsus Abbas oculos in suis tenuerit manibus, se soluturum pollicetur. Abbas Capuanorum, se in urbem juris dicendi causa invitatum, dolum sentiens, venire recusat. Instant illi, interposito juramento, saluum & incolumem se ipsum ad S. Benedicti monasterium (non Cassinense, sed Capuanum intelligentes) perducatur. Itaque Abbas cum ipso Capuanum contendit. In monasterio autem S. Benedicti, quod Capue erat, honorificè introducto Abbati (sic enim fides fuit satisfactum putabant) vincula injiciunt, oculique effodiuntur: ei mox linteo involvunt, per legatos ad Albericum ferri curant. Legati ex viatore quodam, Episcopum ea ipsa hora, qua Abbas oculi excelsi fuerant, vita functum esse cognoverunt. *Chron. Cassin. lib. 2. c. 4.*

**C** **CHANGIS** primus Tartarorum rex sancivit, cum nulla usquam gente pacem invidiam, quæ parere nollet: neque unquam cessandum, quousque aut rem potiantur, aut ad interitum redigantur. In satis eorum esse, annos octoginta pugnare oportere, & regnare duodeviginti, mox ab alia gente victum iri, & qui evaserint, legem illam suscepturos, quam victores planè servarint. *Bonifacii lib. 8. Dec. 2.*

**DEMARATA** uxor Andronodotum maritum admonuit vocis, quam Dionysius major Syracusanorum tyrannus usurpare solebat: Non equo insidentem, sed pedibus tractum, debere relinquere tyrannidem: quod facili momentò esset, quo quis vellet die cedere possessionem magnæ fortunæ: facere & parare eam, difficile atque arduum esse. *Livius Decad. 3. l. 4.*

**HERODIAS** Agrippæ regis Judæorum soror, indignè ferens Agrippam, qui decesserat, & Romæ adulando Caligulæ ad regnum pervenerat, ad tantum fastigium honoris pervenisse, suum verò maritum Herodem tetrarcham tantum Galilææ & Perea esse: maritum impulit, ut ipse etiam Romam profectus, falsis criminationibus apud Caligulam, Agrippam regno exueret. Sed contrarium evenit: Agrippa enim re intellecta, Fortunatum libertum suum Puteolos ad Cajum misit, & Herodem conspirationis cum Artabano Partho accusavit. Regno igitur exutus Herodes, exilio perpetuo unâ cum Herodiade ad Lugdunum Galliæ urbem damnatus fuit. *Ioseph. in Antiq.*

**AMALBERGA** sive Amelberga, Hermenifredo regi Thuringorum marito convivium habituro, dimidiam omnino trutinii partem faverat: interrogantque, Quid tandem id rei esset? nihil cunctata respondit: Qui parte regni exueretur, eum etiam trutinii parte cedere convenire. Subinde per Iringum militem ei suggestit, ut Theoderici Metensium regis, fratris sui, ditionem invaderet. Theodericus ad Hermenifredum legatos mittens, commonefecit, ut regibus Franciæ fidem servaret, se illi futurum non dominum, sed amicum. In solens mulier stimular regem, ut respondeat legatis, regnum iustiori titulo sibi deberi per conjugem, quæ nata fit de regina matre, quàm Theoderico, qui

ex concubina natus erat. Theodericus irritatus, infesto exercitu Thuringiam invadit. Ad locum Rumberg in regno die pugnatum. Victus magna strage Hermenifredus in urbem Chidingam ad fl. Ostrit se recepit. Inter ea Franci in societatem militiæ Saxones quoque receperunt. Obfessa diu urbe, Thuringi eruptione facta magnam cladem accepere. Itaque Hermenifredus legatos de pace ad Theodericum misit Iringum, & vix tandem impetravit. Verum dum reges delibarent de forma pacificendi, egressus Thuringus quidam urbe, ad fluminis ripam accipitrem emisit in columbas, in adversam ripam fugientes. Saxonom quidam accipitrem manu cepit. Tum Thuringus recipiendi accipitris cupidus, Saxonom magno clamore ad colloquium venire iussit, habere se rem occultam quam indicet, pactus prius sibi reddi accipitrem. Dixit igitur, inter reges jam de pace convenisse: providendum Saxonomibus, ne conjunctis inter se amborum armis opprimantur, proinde nocte proxima ad salutem, si sapiant, utantur. Saxones de fuga cogitantes, se nisi unius voce confirmati, Urbem nihil hostile meuentem invadunt, & diripiunt. Elapsum regem ed respicere rex Theodericus arbitratus, ut bellum resumptis viribus renovaret, misit legationem, ut ad pacta inchoata revertatur, nihil se imperante factam, Saxones spontè tumultuosos esse. Creditur rex, & quod verum esse cupiebat, facillè persuasum habuit. Jam egerat cum Iringo Theodericus, ut in suo conspectu dominum suum perimeret. Ergo ubi Hermenifredus procidit, ut genua regis amplecteretur, Iringus frictio gladio eum confodit. Theodericus proditorum mox abire præcepit. Iringus futens jam, certus mori, gladium intorsit, ut Theodericum cederet: sed frustratus, in se vertit ensem, & dominum cadens amplexu petivit. Theodericus promissam Saxonomibus terram donavit: urbem quam expugnare, perpetuò concessit habitandam. *Hec ex Saxonomum hist. Crantz. lib. 1. Saxonia, cap. 27. & 28. & Amil. lib. 1.*

**HERMENGARDA**, Ludovici Augusti filia, quam pater Basilio Græco Augusto deponderat, Bossioni Papensium duci, fratri Judithæ uxoris Caroli Calvi Imp. elocata fuit. Ea quod Cæsaris sponsa fuisset, ac patre, avo, proavo, abavo Augustis tumens, virum ducem majori cupiditate implevit, negans jucundam sibi vitam fore, nisi virum regem amplecteretur. Calvus, ut non duces modò, sed & reges crearet, eisque jura diceret, uxoris fratrem Provinciam regem appellavit, quæ Hermengardæ illius uxoris patri avoque Augustis parvisset: ita facillè, & sanctiore jure, minoreque apud mortales invidia, Provinciam ad Francorum imperium redituram. *Amilii lib. 3.*

Carolus Comes Phocensis, frater D. Ludovici Franco regis, ad capeffendum regnum Siciliæ, ab Urbano IV. contra Manfredum, stimulis uxoris Beatricis, quæ filia erat Comitissæ Provincie, incitabatur. Ea triam jam Reginarum foror molestè ferebat se omnino Comitem salutari, scribereque; duas sorores reginas, tertiam etiam Augustam. Urbanus ergo purpuratum legatum misit ad sanctum regem, ut fratrem provincie Phocensis Comitem ad res Siculas capeffendas mitteret, simul sacrum in Manfredum, sanctæ Ecclesiæ hostem, bellum ut redintegraretur, omnes pios proceres literis hortatur. Pontifici mortuo successit Clemens IV. Caroli etiam, quàm Urbanus fuisset, studiosior. A Clemente evocatus Carolus, triginta tremibus cum Massilia solvisset, Romam ipse uxore delati, in ad Lateranensem à purpurato legato justo Pontificis fides Siciliæ Hierosolymorumque designantur. Uxor Caroli, ut nomen tam cupidè quæsitum retineret, omnem mundum suum distinxit ad alendum militem. Uno prælio ad Beneventum debellatum. Occiso Manfredi Francus regno & eis fretum & insulæ Siciliæ potius, cum jam consilia Syriaci belli ageretur, quod Hierosolymorum quoque rex, Siciliæ regno potius, creatus esset, occupatus novo est bello. Contradictus tandem in Italiam descendit. Quo fuso, capto, & securo caelo, Carolus regno Siculo absolute potitus est. *Amil. lib. 7. & Crantz. lib. 8. Metrop. cap. 30.*

Boleslaus III. Polonorum rex bellicosiss. inter quatuor filios, Uladislauum, Boleslaum Crispum, Miciclaum & Henricum, principatum diviserat. Uladislauus belli pacifice arbitri constitutus, Christiæ uxoris, Henrici V. Imp. F. mulieris avaræ & superbiæ suavi, quæ Polonos omnes porcorum loco habebat, nec eos ad ministerium, ac vix ad conspectum suum admittebat, Germanis suis impendit delectata, infamatus, quod cum præter mores juraque gentium ad quartum modò

A modò partem principatus detulisse esse dicitur, qui uniuersum principatum patri, utpotè natu maximus, succedere debuisset: fratres è regno pellere Russorum auxiliis fretus statur, nec iis etiam supplicibus nihilque meritis veniam dare uoluit. Tandem Poloniam obsidens, uiribus suis fretus, à fratribus victus, regioque exutus, in Germania exul contabit. *Cromerus lib. 6.*

Patres.

Pyrrus Epirotarum rex, tulit ex Antigone Ptolemæum filium, ex Lanassa Alexandrum, Helenum stirpis minimum ex Bircenna. Omnes uerò bello bonos & acres educavit, eosque acuit ad hoc à prima ætate. Ab uno eorum puero etiamnum interrogatus, Cuinam relicurus regnum esset? Respondit: Ei, qui uestrum acutissimum habuerit gladium. Hoc uerò nihil aliud à tragica illa excretionē:

*Frater domum sortiri acutus ensisibus.*  
Adcò est infociabile & ferum cupiditatis insitutum. *Plut. in Pyrrho.*

B Galatarum rex Dejotarus, pater cum esset multorum filiorum, uni autem regnum cuperet, & hereditatem relinquere, omnes illos trucidauit, quasi uitis palmites putaret & recideret: quò sit, quem relinqueret, pollens foret & magus. *Plut. de Stoic. pugnis.*

HENRICUS II. Anglorum rex, Hentico filio insolentia auctor fuit, confortem cum regni constituens. *Polydorus lib. 13. & Amilus.*

Matres.

AGRIPPINA nupta Claudio Imp. metuens, ne Britannicus ex priore uxore Messalina Claudii F. à patre Claudio acciperet successorem Imperii, uolensque principatum suo filio Domitio Neroni (quem ex Domitio Anobarbo susceperat) quærere, procurata, ut fertur, morte Claudii ueneno, concessit ad prætorianos milites misit præfectum eorum Burrum cum tribus & libertorum potentissimis, qui Neronem ad eos perducunt Imperatorem consulatunt. Nero principatum sic adeptus, Britannicum clam ueneno sustulit. *Joseph lib. 2. cap. 5. Antiq.*

MAHOMETES Tunetanus rex Maimonem inter duos & uiginti filios natu maximum legitimo iure regni hæredem scripturus esse uidebatur, nisi Lentigesia uxor, corruptus pretio regis fatellitibus, maritum in supremis uite angustiis fatigatum precibus, dolisque deceptum, præuertisset, ut in filium Muleassem regii nominis fortuna transferretur. Itaque Maimo, deinde Profectus, & reliqui, partim occisi, partim exæcati iussu Muleassis fuerunt. *Idem lib. 33.*

Discipuli Studiofi.

Christophorus Castellioneus, Baldi antagonista, Papie: quo tempore factiones Studioforum Juris, pro doctorum suorum celebratione contendendum, cepisse, Fortius testatur. *Inst. de susp. tut. §. susp. tut.*

QUOMODO. NEMPE ALIORUM Ambitionem accendendo, fovendo, tum

MONACHI Cantuarienses incio rege Joanne Reginaldum monachum in Huberti Archiepiscopi demortui locum futurorogant anno mcccv. Isclàm Romam petit, acturus cum Innocentio Rom. Pontifice, ut monachorum legitimam electionem confirmaret. Pontifex noluit prius electionem probare, quam testimonio fide digno sibi constaret, eam esse legitimam. Monachi cum accepissent, Reginaldum ipsius, uelut illi arbitrabantur, culpa nondum esse pontificis decreto confirmatum, ut regem iratum placarent, continuo rogarunt, ut de eius consilio sententia sibi liceret Archiepiscopum optare. Annuit rex libens petitioni: simulque monachos est hortatus, ut Joannem Nordouicensem Episcopum domesticum suum, ac sui familiaris senatus caput, renuunciarent Archiepiscopum. Parauerunt illi, & Romanum procuratores miserunt, qui hanc secundam electionem à Pontifice probandam curarent. Romæ his sub iudice erat de Cantuariensi pontificatu inter Reginaldum & Joannem Nordouicensem Episcopum à monachis prius electos. De quorum electionibus posteaquam Romanus pontifex rectè cognouerat, utramque irritam fecit: atque lua auctoritate egit, ut monachi, qui ea de causa frequentes Romam conuenerant,

postremò optaverint Stephanum Langtonum Cardinalem, & Anglum, quem ipse postea Archiepiscopum fecit. Tuli Rex perinquo animo repulsum Joannis, & publicatis omnibus bonis, in exilium egit monachos, qui Cantuarie erant, & qui Romam uisissent, patriæ hostes decreuit. Innocentius monitum frustra Joannem, tandem diris deuotit, & toto regno à sacris cessari fecit. Rex in sacerdotibus debacchatus, bona illorum diripuit. Tandem pontifex, urgentibus ante omnes Anglicis Episcopis, primum cunctos populos, qui sub Joannis Imperio essent, iurejurando absoluit, quo tenebantur: deinde ipsum Joannem regni administratione abdicauit, ac postremò regem Franciæ Philippum ceterosque Christianos principes de hujusmodi abrogatione certiorem fecit, admonuitque, ut Joannem ita repudiatum, tanquam Dei publicum hostem persequerentur. Philippus comparata classe in Angliam propebatur. Joannes metu territus, Pandulfo pontificio legato sponsonem fecit, se pontificis arbitrio statutum. Itaque non multò post, perinde ac Innocentius mandauit, primum diademata capiti ademptum Pandulfo tradidit, nunquam id ipse aut hæredes accepturi, nisi à pontifice Romano: deinde promissis se benignè recepturum in gratiam Stephanum Cantuariensem cum cæteris Episcopis atque aliis exulibus, & illis de iniuriis cumulatissimè satisfacturum, passurumque sic, ut nulli illorum fraudi sit, quòd defecissent. Tum Pandulphus, tanquam Romani Pontificis vicarius, diadema illa restituit. Ex quo fama est, Joannem cupientem perpetuare memoriam muneris accepti, ea lege fecisse se Innocentii beneficiarium, ut reges deinceps à pontifice duntaxat Romanorum iura consequerentur. Cæterum has reconciliatiois leges, qui secuti sunt reges, minime seruarunt. Tandem cum promissis res steterit, pontifex per legatum anno Salutis humanæ mcccix. interdictum sustulit, post annos sex ac menses tres, diesque duodecim, quam Anglia eo terrifico fulmine percussa fuerat. *Polyd. lib. 15.*

Adhortatione, Consilio.

HERMOCRATES, siue Hermocles sophista, Pausania Macedone Philippi satellite interrogante, quam uia aliquis clarissimi nominis possit euaere? Respondit: Sivirum, qui vires maximas gesserit, interficiat: dum enim illius mentio habeatur, ejus etiam à quo interfectus sit, meminisse oportere. Hoc ille stimulo usus, Philippum regem Ægis Macedoniae interfecit. *Diodor. lib. 16. & Val. Max. lib. 8. cap. 15.*

ALCIBIADES consuluit populo Atheniensis, maris imperium obtinenti, ut terram quoque assereret, & obiecto iuuentuti semper illo, quo adiguntur, Agrauli iurejurando, id ut præstarent re, admonuit. Juramentum, terminos se Attico habituros triticum, hordeum, uincas, oleas: quo suggeratur iis, omnem ut assereret terram cultam & frugiferam. Siciliz vivo Pericle adiecerat oculos populus Atheniensis, & defuncto manus admoxit: atque societatis specie auxilia & subsidia armorum mittebat assidue iis, qui ab Syracusanis infestabantur, gradum faciens ad majorem expeditionem. Alcibiades autem eum inflammavit ardorem, induxitque ut ingenti classe expeditionem susciperent, & subigerent eam insulam. Nicias quidem, quòd ardua foret res capere Syracusas, revocabat populum ab eo consilio, etiam cum jam prætor designatus esset, qui sua cautione Alcibiadis & Lamachi temperaret audaciam. Alcibiades uerò Carthagenem somnians & Africam, horum accessione H Italiam & Peloponnesum iam amplexus, tantum non promptuario belli ducebat Siciliam. Ac iuuentutem habuit statum sua sponte arcteam. Senes hi audiebant mira de ea expeditione memorantes: ut multi in palæstris ac hemicylis sedentes, figuram insulam, situm Africæ & Carthagenis depingerent. *Plut. in Alcibiade, & Thucyd. lib. 6.*

BRUNEHILDIS Gallorum regina, alio nomine Brunesta, parum ducens impiam matrem se esse, sceleratissimam quoque aviam se præstitit. Nam post Sigeberti viri regis mortem, inanis discordiis inter Theodericum & Theodericum, ex Childerico filio nepotes, oratione sua Theodericum impulit, ut Theodericum interimeret, cuius ipsa liberos adhuc infantes manu sua occiderat, atque inter ipsos Meroveum, adhuc in cunis agentem, pedibus apprehensum, saxo alliserat, & ut sola regnaret, Theodericum quoque postea ueneno petiit. *Aug. lib. 9. cap. 21. & Emil. & Aimoinus.*

Fridericus Comes Palatinus. *Vide infra s. Reges.*

A Nero cum primùm natus esset, prima luce, antequam sol ortus videretur, radii circum eum fulserunt. Quæ ex re, tum etiam animaduerso stellarum curis, quantum erat, atque eam conjunctione, quidam astrologus duo simul prædixit, eam regnaturum esse, & matrem necaturum. Quod cum Agrippina intellexisset, subito exclamare cepit: Occidat, dum regnet. Prælagio uotique respondit eventus. *Sueton.*

Religione.

VIRGINIA, A. Sulpitii F. Volumnio plebejo nupta, plebejæ Pudicitia aram extruxit, ut non minus plebejæ, quam patriciæ, de pudore triumpharet. *Sab. lib. 7. Enn. 4.*

Pretio.

CAROLUS IV. Imp. Venceslaum filium natu majorem, in imperio successorem adhuc uivens facere cupiens, cum Electores haud facile ad eam rem trahi possent, quod virtute obtinere non potuit, pretio comparavit, promissis cuique Electori centum millibus aurocorum. Quos cum representante non possit, publica illis Romana reipublica uetigalia obligavit, perpetuum Imperii malum. Hinc Romana potestas ad nihilum redacta: nec posthac extollere caput Imperium potuit, cum principes Electores omnia sibi retinerent, Imperatoremque iurejurando adigerent, ne pignora reuocaret. *Æn. Syl. c. 23. hist. Boemice, & Cypin.*

Armis.

GALLISTUS III. Pp. Pectum Borgiam nepotem suum ad principatum euaendi desiderio ardens, nisi mors ejus consiliis interuenisset, Ferdinandò Regi arma mouisset, ut eum regno Neapolitano, quod in pontificatus iura reciderat, spoliaret: patrum memor, Alfonso (qui pater fuerat Ferdinandi) opera, in cuius erat natus regni, & cui diu interuierat, se cum cæteros obtinuisse suæ dignitatis gradus, tum uerò pontificatum adipiscendi haud leuia adjuuenta consecutum. *Guicciard. lib. 1.*

SIXTUS IV. Pontifex, cum in eodem fortunæ gradu, quo per paucorum hominum studia esset euectus, collocare suos constituisset, & in primis Hieronymum Riarium, quod minus alius rationibus licebat, vi atque armis assequi conatus, bella inter Principes, discordias in liberis populis inter priuatos ferendo, perniciosum Pontificatum Christianæ reip. Italiae in primis ciuitatibus, sibi suisque partim honestum futurum, perpetuo gessit. Quæ una cura, ut uiventem illum exercuit, ita eum bellum tandem pax inter omnes Italiae Principes sustulisset, quam ille aut sibi partim honestam esse, aut minus certe conducere suis priuatis rationibus arbitrabatur, merore animi & dolore uicium consecit. *Brun. lib. 8. Hist. Florent.*

ALEXANDER VI. Pontifex, ut amplum Cæsari Borgiæ imperium pararet, cum Ludouico XII. Gallorum Rege sedus inuit, cui & Venetus adaugendi imperii maxime auidus aderat, ea conditione, ut Ludouicus Sforcia Cisalpinæ Gallie imperio depulso, Venetus Cremona urbe, Alexander uerò Togatæ Gallicæ urbibus circa Flaminiam uiam potirentur, & reguli omnes, qui pontificis ditionis essent, mutandi delendique Cæsari Borgiæ traderentur. Ita Colummii vim imminentis procellæ felici coniectura meruentes, spontè atque opportune diffugerunt. Secutus est Jubilæi secularis annus, funesto totius Italiae motu insignis: quo Ludouicus Sforcia & Alfonso Cardinalis frater opera Heluetiorum capti detrusisque in Gallicum carcerem, paterno imperio excederunt. D Catharina Sforcia bello capta, Forocorneli & Foroluiui possessione cecit. Eustorgius Manfredus adolescens necatus, & in Tyberim proiectus, Fauentiam cum uita reliquit. Varanii Camertes reguli quatuor strangulati. Urfini nullo salubri consensu ad Borgiam coeuntes necati. Baptista Cardinalis Ursinus in arce Cartharidum ueneno sublatus. Bernardinus & Jacobus Sermonæ in Latio reguli, hic ferro, ille aconito extincti. Præterea Malatestæ Arimino, Sforcia Pisauo, Feltrii Urbino pulsi, & in exilium acti: ita ut uno omnium Colummii proceres, admodum prudenter in ea turbulentiissima tempestate egisse sint uisi, quòd patris meritis, quæ Borgiarum nefarie cupiditati inuadenda reliquerant, salutem præstulissent. *Iovius in Pompejo Columna.*

Cede.

SATACENIS, Beneuoto urbe spoliata, ad oppugnandam Romam redeuntibus, Joannes XI. Pontifex Godonem Thulicæ comitem rei bellicæ præfecit. Qui rebus feliciter contra hostes gessit, Pontificem optimè de se & Romanis merita tumelidato prius in conspectu fratre ejus Petro, in carcerem conjectus à militibus Guidonis, cervicali super os ejus im-

posito, suffocatus est, cum Pontificatum tenuisset annos circiter tredecim. Anno dcccxxxix. *Luitpr. lib. 3. c. 12. item Sigeb. & Blondus lib. 2. Dec. 2.* In locum ejus substituitur Joan. XII. Verùm quia clerus & populus Romanus in ejus electione non consenserant, eo lem anno sede dejecit: substituitur Leo VI. qui septimo mense, huic uerò Stephanus VII. qui duobus annis & mense uno, ueneno è Marozia extinctus est: post illos Joannes ad cathedram rediit.

Moderationem aliorum.

Cum Lydis Cræsus imperaret, fratrem in consortium imperii assumpsit: tum quidam ex Lydis accedens, dixit: Omnium in terra bonorum, o rex, maximum est sol: neque quicumquam extaret in terra, sole non illustrante. At si gemini soles forent, periculum immineret, ne omnia conflagrantia pessum irent. Ita & Regem unum quidem accipiant Lydi, & seruatorem esse credunt: duos uerò simul tolerare non possunt. *Stobæus ferm. 45.*

Reprehendendo.

Apud Plutarchum in Solone, quidam Amici Solonis reprehendebant ejus consilium, quod tyrannidem spontè oblatam non acceptasset, illud inculcantes: Si regno Athenarum uno tantum die potiri potuisset, nullum supplicii genus reculare debuisset, patique æquo animo, ut acerbissimis cruciatibus postea afficeretur, omnique ipsius familia funditus periret. Tam præclarum bonum putabant, breuissimo etiam spatio frui posse omnibus uoluptatibus, uel potius uelici semel grauitet inimicos. *Victorius lib. 12. Var. lect. c. ap. 10. & Macrobius lib. 1. Var. cap. 13.*

DISCIPULI AMBITIOSI

FACTI, EX

Consilio, Adhortatione aliorum. *Vide paulo ante, Vxoies magistra ambitionis. Amulationes.*

De Hectore & Achille emulis. *Horat. lib. 1. Sat. 7.*  
Hectora Piramiden, animosum atque inter Achillem Ira fuit capis alis, ut ultima diuideret mors.  
Non aliam ob causam, nisi quòd uirtus in utroque Summa fuit. Duo si discordia uexet inertes,  
Aut si dispartibus bellum incidat, ut Diomedes Cum Lycio Glaucò, discedat pigrior utrò Muneribus misit.

ALEXANDRUM Macedonem in tantos illos futores præcipitem egit Achillis emulatio. Ducebat exercitum per Asiam. Alexandrum exercitus, Alexander cæcæ ambitionem sequebatur: ut liceret naturæ finibus inscribere: Huc usque bellabundus, hoc est, latrocinabundus, peruenit Alexander.

C. Julio Cæsari quæstori uterior Hispania obuenerat. Ubi cum mandato P. R. jure dicendo conuentus circumiret, Gadeseque uenisset: animaduersa apud Herculis templum Magni Alexandri imagine, ingemuit: & quasi perterritus ignauiam suam, quòd nihil dum à se memorabile actum esset in ætate, qua jam Alexander orbem terrarum subegisset, missionem continuo effragitavit ad captandas quamprimùm majorum rerum occasiones. *Sueton.*

CAROLUM Burgundiæ Ducem, admiratio gestorum Alexandri coegit iis se bellis intricare, in quibus ipse perit, & in extremum discrimen uniuersam Belgicam adiuxit, ex quo Mariz hæredi adempta est à Ludouico Franciæ Rege Burgundia. *Lyd. Vxoies de Conc. & Discor. 1. 1.*

Dignitate.

TERTULLUS Consulatus honore ab Attalo tyranno Alarici auspiciis affectus, de mirtendo in Africam exercitum uerba Senatui facturus, stolidam quadam arrogantia elatus, ausus est dicere: Loquar uobis P. C. ut Consul & Pontifex: quorum alterum teneo, alterum spero. At non multò post, capta ab Alario Roma, magistratu excidit. *Sigonius lib. Imp. Occid. ex Zosimo.*

HERACLIANUS Comes, ob Stiliconem interfectum ab Honorio Africa præfectus, propter defensam aduersus Attalum tyrannum Africam, consulatus honorem adeptus, adeò superbia est elatus, ut aduersus Honorium cum Sabino genero conjuraret. Quæ re incensus Honorius, ipsum cum suis hostem pronunciauit. Ille postquam se damnatum audiuit, dolore victus, classem maximam comparavit, eamque in insellam Lati is littoribus intulit: ac Romæ maximum, si quando unquam

A quam alias, terrorem iniecit. Verum simul atque in litus egressus cum agmine militum ad urbem ire perrexit, occursum Marini comitis cum valido se Romanae juventutis robore objicentis exterritus, repente in fugam se dedit, & arrepta navicula solus Carthaginem rediit: atque ibi mox militari manu, tanquam tyrannidem affectans, oppressus, interit. Sabinum generum, cum Constantinopolim aufugisset, retractum inde, Honorius in exilium egit, atque his rebus exacerbatum decevit, ut Heracliani nomen ex omnibus publicis, & privatis monumentis aboleretur, deleterenturque omnia, quae sub eo gesta esse dicerentur. *Sigon. lib. 11. Imp. Occid. ex Orosio.*

Victoria.

Plataensi victoria elatus Pausanias Spartanus, plurima misere cepit, & majora concupiscere. Cum ex praeda tripodem aureum Delphis posuisset, epigrammate scripto, in quo erat haec sententia: Sino ductu Barbaros apud Plataas esse delatos: ejusque victoriae ergo Apollini donum dedisset, hos versus Lacedaemontii excalperunt, neque aliud scriperunt, quam nomina earum civitatum, quarum auxilio Persae erant victi. *Probus in Paus.*

Deiudis Samis, Periclem Jon scribit supra modum animum sustulisse: quod cum barbaram urbem Agamemnon decem annis, mensibus novem ipse principes Jonum & opulentissimos subjugasset: neque injuria gloriarus est, imo jam anceps fors, & discrimen tamen ingens fuit hujusce belli, ut quod tradit Thucydides, Samiorum civitas penè imperio matris exuerit Atheniensis. *Plut. in Pericle.*

ALEXANDER Magnus, Dario victo, Persarum regno potius, veluti felicitate multa ebrius, sapere supra hominem cepit, ac sibi denique videri Deum. Quo nomine datus ad Graeciae civitates litteris, ridiculè satis institit petere, decreto publicitus ipsum statuerent Deum. *Asian. lib. 2.*

Cum Demetrius Ptolemaeam insigni victoria apud Cyprium superasset, hic primum Antigonum & Demetrium vulgus reges Asiae consalutavit, atque Antigonum confestim diademate amici evinxere. Demetrio pater diadema misit, scripta epistola regem appellavit. Aegypti quoque his nunciatis, ne ob cladem abjecisse viderentur animos, regem Ptolemaeam dixere. Ea res pariter emulatione omnes successores Alexandri pervasit. Etenim cepit diadema Lyfmachus in Helleponto gestare, & Graecos Seleucus Babyloniam alloquens, quando barbaris eo ornati ante quoque ut rex responda dederat. Id non additamentum nominis, & habitus tantum habuit variationem, verum etiam illum inflavit spiritus, & animos sustulit, moribusque & congressibus eorum fastum addidit, & supercilium, tragicorum histriionum more una cum persona incessum, vocem, acubitum, salutationemque versantium. Hinc evaserunt in puniendo quoque violentiores: ubi illam, quae ipsos multò faciliores & leniores ante populatibus reddebat, detraherent potestati diffimulantiam. Tantum vox una valuit adulatoris Aristodemus Milesi, qui nunciis victoriae ad Antigonum missis, eum regem primò salutaverat, tantaque orbem terrarum implevit conversione. *Plut. in Demet.*

CLITUS ad Amorium tribus vel quatuor Graecorum depresso navibus Neptunus salutatus, tridentem gestavit. *Plut. orat. 2. de Alex. fort.*

DEMETRIUS Poliorcetes, cui modicam particulam fortuna ex Alexandri opibus adjecit, Jovem desultorem vocari se sustinuit. *Idem.*

RIGEM SUEVUS, Severi Imp. magister militiae, Beorgorem regem Alanorum, qui è Gallia in Italiam iruperat, ad Bergomum oppidum nactus, ad praetium hic adduxit, ut non solum exercitum profigarit, sed regem etiam congressum acie interemerit. Qua victoria elatus, magnificos inde ad eos spiritus jussit, ut Severum etiam ipsum contemnerent ceperit. *Sigon. lib. 14. Imp. Occid.*

Fertilitate regionis.

Strabo auctor est, non aliam ob causam in campis Phlegraeis (in Campania prope Neapolim hodie dictam) Gigantomachiam poetas finxisse scribit, quam ut indicarent eam esse illius loci hominum naturam, ut ob loci fertilitatem, quae peritiam vitis fomenta subministrat, affidis bellis, & seditionibus inter se agerentur; reddeque P. Sulpitius Coffi apud Livium Campanos non, nisi desit, uti rebelles, à perfidia cessare posse asserit. Etruriam hodie majoribus motibus ea pars Italiae ob Aragonum & Andegavensium,

Gallorum & Hispanorum factiones, quam ulla alia fuit agitata. *Pandulphus Collementis lib. 1. de reg. Neapol. & lib. 3. regnum Neapolitanum palatram ambitionis & avaritiae vocat, rapinis & calamitatibus expositum, propter fertilitatem & divitiis à multis expetitas.*

AMBITIONIS EXERCITATIO.

IN GENERE.

QUL HUC AMBITIOSI POPULI.

Mycenas Argivi sola emulatione moti exciderunt, indignè ferentes, quòd ipsis quiescentibus Mycenae missis octoginta militibus, Lacedaemoniorum gloria ad Thermopylas participes essent redditi. *Paus. in Corinth.*

Lacedaemoni, cum duce Cleomene Athenas tyrannide Pisistratarum liberasset, & eas mirum in modum crescere viderent, oraculis etiam felicitati illarum consentientibus: invidia metuque exagitati, eas rursus opprimere, & tyrannidi Pisistratarum subjicere tentarunt: eoque Hippiam Pisistrati F. à Sigeo Helleponti, quò confugerat, acceperunt.

Superbos fuisse Romanos, & alitis superbis superbiae eorum gratia successisse, declarant Caronis Censorii verba, ex oratione, quam pro Rhodiensibus in Senatu habuit. Rhodienses inquit, superbos esse ajunt: id obiectantes, quòd mihi de liberis meis dici nolim. Sint sanè superbi. Quid ad nos attinet? Id ne irascimini, si quis superior est, quam nos. Adde his verbis *Gell. lib. 7.* Nihil proforus hac compellatione dici potest neque gravius, neque mitius, adversus homines superbissimos facta, qui superbiam in se fecerant, in alios reprehenderent. *L. Vives in cap. 1. lib. 1. Aug. de Civ. Dei.*

THIETMARSII, populus paludum opportunitate libertatis studiosissimus, sepe victus, nunquam subjugatus, in perpetuum Hofatis positus palatram, difficulter ab injuriis temperat: quòd fe omnibus nobilitate (ut ferunt) & robore (ut putant) anteponunt, nec fe patiturum aequari ceteris. Occidit de sua gente magno licantur; sed quos ipsi ex aliis cadunt, nullo aestimant pretio. Injuriantes primi veniunt ad querimoniam, difficulter conquefcunt: nisi duplo majore damno adversantibus illato, iram non ponunt. *Crantz. Saxoniae lib. 10. Saxoniae c. 10.*

MOSCOVITAE in honore captando venandoque mirabilibus & superstitiosis ceremoniis utuntur. Tenuioris etiam fortunae hominibus, intra portam alioquid praefantioris viri equitate non licet. Proceres & consiliarii, sed & tenuioris fortunae nobiles, in publicum rariis prodeunt, ut majorem auctoritatem sui que observantiam apud populum caperent: nullusque nobilium ad quartam vel quintam domum pedes progreditur, nisi equus subsequatur, ostentationis causa. Nobilibus, quamvis egenis, ignominiosam putat, si manu labore. *Giang. in descript. Moscoviae c. 4.*

Japonum gens cibi parca, honoris avidissima, quem etiam in summa egestate, cognominum incremento, quae Rex benemeritis attribuere solet, metitur. *Jo. Mesellus.*

Florentini tanta ambitione, tamque superbo livore praediti sunt, inquit Jovius, ut cum quisque ad clavium gubernandae reipub. sedere, potiri quoquo modo communis patriae imperio, & publicas opes privato commodo complecti cupiat, ea inexplabili cupiditate ardeant omnes, & prorius insant, quòd neminem tanquam ex aquo civem, vel opibus, H vel dignitate superiorem ferre velint, & clariorem quoque virtutem, melioremque fortunam in aliena domo nisi agris oculis conspiciant, quando eadem ex pari merito sibi deberi judicent. Sic ut nequaquam mirari luceat, si elati & peracris ingenii, neque tenacitatis homines, plerumque decus in lucro praetentique pecunia, & immoderatis, sepeque etiam parium piis quaestibus reponant: eò etiam majore reliquarum gentium admiratione, quòd domi nequaquam sumptuosam, ut plerique aliae civitates, sed parcam in universum, & bonae frugis disciplinam, exemplo veterum Graecorum, ex quibus orti sunt, institutam sequantur. Quanquam alioqui, uti sunt pemiciosi mercatores, supra centum, & totius industriae spem, magnificis aedificiis laudem quaerant. His vitis facile evenit, ut interitum discordiis ferè continenter per trecentos annos gravissimè laborarint, tanta quidem rabie, ut modò patricios, modò populares, alternante victoria, è civitate in exilium expellerent, saevis caedibus integras

A sepe familias deleterent, & crudelibus incendiis in nobilissima tecla graffarentur: nec in his malis, nunquam mitigata feritate, dispicerent à fordidissimo opifice jugum accipere, ultro Barbaros tyrannos, qui liberis leges darent, adificere: uti miserabili conditione experti sunt ex Michaelis Landi, Galerique Athenarum reguli, & Caroli Andegavenis abominandis casibus. Per hunc modum civitatem magnis perturbatam jactantamque fluctibus, Medicei per integrum seculum saeculum saluberrimis legibus compositam, confirmarunt & auxerunt. *Jovius. l. 25. hist.*

PONTIFICES. SACERDOTES.

Vide Tit. Pontificatum, Primum ambitiose expetere, infra.

Joannes Cappadox, Nivdris, id est, Jejunator ob vite abstinentiam dictus, primum praetorij praefectus, sed ob imperii affectionem dejectus, & factus Episcopus Constantinopolitans: cum in synodo Constantinopolitana sub Mauritio, Oecumenico Episcopo nomen sibi arrogasset, à Pelagio II. Rom. Pont. excommunicatus fuit. Gregorius Magnus cum postea ut impium oppugnavit, lib. 4. *Inditione 13. epist. 36.* Morie sublato Joanne, antequam characterem assumeret, Cyriacus ejus successit in synodica sua epistola iterum usurpavit nomen Universalis Episcopi. At Gregorius illum denuò reprehendit, *l. 6. epist. 24. & 28.*

Sabinianus (Palmerius Sabinum, Nicephorus Innocentium vocat, *l. 18. c. 59.*) cum Gregorio Magno (cujus legatus fuerat ad reges) successisset, ut vidit sibi defuncti laudes obstruere, nihil non tentavit, quòd memoriam ejus penitus tollerent. Finxit crimina multa in Gregorium, quòd aedificia colabari permisisset, avaritiam Ecclesiae expilasset. Intercedente tamen Petro Archidiacono, nihil efflicere potuit: vixit anno Christi pcv. *Sizab. Patrum abhuit, quin ejus scripta aboleverit.* In summa annoque caritate monitus, ut in sublevanda inopia Gregorij pietatem imitaretur: Gregorius (respondit) homo nequam & ambitiosus, popularem auram captans, Ecclesiae patrimonium consumpsit. Fuerunt qui crederent, Sabinianum, Romanorum quorundam impulsu habuisse Gregorium invidiam, quòd Pontifex status & Caeli urbana ornamenta sustulisset. Sed à tam atroci calumnia vindicta se praecipua viri pietas. *Sab. l. 6. Em. 8. ex Plat.*

Arctissima obsidione Christiani Damiatam Aegypti premebant, duce Joanne Brenno rege Hierosolymorum. Coradus Damaci & Hierosolymorum Sultanus, per oratores sibi Aegyptioque pacem petebat: pollicebatur imprimis se facerentiam Crucem, & quidquid de Christianis in Syria Pheniceque ipse partere aut Saladinus cepisset, redditurum. Franci, Angli, Itali, leges comprobabant. Pelagius Apostolicus legatus hanc pacem aspernabatur: bellum pro religione adversus impios Mahumeticamque superstitionem susceptum, cuius sedes atque sit Aegyptus, eam perdomandam, sanandamque. Legatus auctoritate ac sanctitate nominis obtinuit, ut Damasceni oratores pace infecta dimitterentur. Non multo post capta quidem Damiatia est: sed Latini, dum Cayrum obsidere parant, intra Nili aggeres ab hoste intercessos interclusi, turpissimam pacem accipere coacti sunt, & Damiatam reddere. *Emil. lib. 6.*

ADELBERTUS five Albertus, Bavariae Comes, ab Henrico III. Imp. Archiepiscopatum Hamburgensem & Bremensem assecutus, Metropolitanus Aquiloniarum regionum, regio luxu in aedificiis & comitatu utebatur: metropoli suae XII. Episcopatus subjecere, eamque in Patriarchatum convertere fudebat. Sumptibus immensis comitatus aliquot Brementis Ecclesiae adjunxit, nullo cum fructu: eoque nomine thesauros sacros omnes confavit. Jam cum sub Henrico IV. puero imperij gubernacula teneret, in eos, qui vel in regem Henricum manus iniecerunt, vel Ecclesiastica bona invasisent, animadversionem meditans: conspiratione principum, Hannonis praesertim Colonienis Archiepiscopi, ex aula pulsus, ab Ordulfo & Magno Saxoniae ducibus, fornis omnibus exutus, aliena misericordia per triennium exul vixit. In gratiam receptus ab Imp. cum Colonienfe quoque in gratiam rediit, & Vicedominatum adeptus est. Gloriae tantum indulsit, ut non jam Latino more Ecclesiasticae vellet obire ministeria; sed nescio qua Graecorum consuetudine per tres Missas, quibus assistit, ubicumque esset XII. modulari praecipit officia: omnia magna quaerens, omnia mirabilia, omnia gloriosa, divinis & humanis in rebus.

Et ideo dicitur fumo delectatus aromatum, & fulguratio- ne luminum, & tonitruis alte boantium vocum: quae omnia traxit à lectione veteris Testamenti, ubi majestas Domini scribitur apparuisse in monte Sinai. Statim sub initia suae dignitatis superbe afferebat, omnes praedecessores suos obscuros fuisse atque ignobiles, solum fe generis ac divitiarum titulus excellere, quippe qui esset Comitis Bavariae filius: porro dignum, qui majorem fortiter cathedram, vel ipsam Apostolicam. Talia non semel jactantem visio magna perterritur. Vidit nocte intempesta, se in conventum Ecclesiae rapi, ubi Missarum solemnia essent celebranda, adstantibus quindecim suis ex ordine praedecessoribus, ita ut proximus, qui ante eum fuerat, Alebrandus perageret Missarum solemnia. Quumque lecto Evangelio, Sacerdos ad suscipienda offerentium munera conversus venisset ad Albertum, qui stabat in ultimo chori loco, illum totvis luminibus intuens, oblationem ejus repulit, dicens: Tu homo nobilis & clarus, non pores habere partem cum humilibus; & confestim disparuit. Ex illa hora penitens super se, quae incaute protulerat, verbis, omnes praedecessores suos veneratus est, se multis gemitibus testatus indignum Sanctorum confortio. Unde etiam mox statuit, per singula antecessorum suorum anniversaria, de corre Bramfede convivium dari fratribus plenissima atque pauperibus. In animo habebat obire provincias remotissimas, ut ne insulam quidem relinqueret, quam non sua praedicatione illustraret. Praeparatique jam rebus omnibus, & navigiis comparatis, colloquio habito cum Danorum rege Suenone, super sedis quòd diceret ille, meliùs populum erudiri per suae nationis homines (qui & mores & linguam & ritus callorent in quaque gente) quam alienigenas. Itaque muneribus earum nationum homines ad euangelizandum incitavit. Peritque illa hominis jactantia, qua solebat gloriari, tres fe euangelizatas in regnum praecessisse, Ansgarium, Rembertum & Unni: sibi quartum servari locum. Petebatur ergo ab omnibus etiam remotissimis gentibus, de Islandia & Groenlandia per legatos, & se adiri ab omnibus passim permittebat, in omnes regiones & insulas ordinans Episcopos. Gaudens enim repetere solebat, Messis quidem multa, sed operarii pauci. Nunquam tam erat solitarius, ut non aut quatuor aut quinque Episcopos stiparetur. Sub finem vitae melancholia correptus, quòd Ecclesiae cetera bona recuperare non posset, noctes pervigilians, dies totos stertebat, vel fabellas audiebat: pauperibus dabat, dabat adulantibus, obvios pugno caedebat, Palatino Comite Frederico fratre frustra reprehendente. Monachatum assumeret aliquoties desideravit, aut in ministerio legationis suae in Vandalia, vel in Suecia, five in Islandia pro Christo immolari. Dum medicorum auxilio fudet valetudinem recuperare, in graviozem recidit morbum: gravissimum casu equi sublabentis attritus, correctionem suae vitae Deo promittens, statim convalluit: totumque supervivens triennium, multa complevit, non tamen omnia quae promisit. Decima quarta die ante obitum suum Goslariae gravissimo dyenteriae morbo correptus, & usque ad ossa attenuatus, suae adhuc immemor salutis, resp. negotia usque ad extremam sui transitus tractavit horam. Aderat ibi Magdeburgensis Episcopus Vveselus, & alii fratres, petentes, ut admitterentur: quos tamen ipse excludi praecipit, dicens: Se praemunditia infirmitatis indignum, ut ab aliquo videretur. Soli Henrico IV. regi concedebatur aditus. Tandem quum adhuc de hac vita speraret, ceteris ad epulas sedentibus, solus spiritum exhalavit, anno MLXXII. *Crantz. l. 4. & 5. Metropo-H leos.*

THOMAS Volterus presbyter, obscuro loco natus, Vintonienfis Episcopi opera Henrico IX. Anglorum regis conciliatus, Eleemosynarii primò dignitatem & consilium consecutus, mox Lincolnienfis, post Eboracensis Archiepiscopus, inde regni Cancellarius, tandem Cardinalis & Duenelmenfis Episcopus creatus, regibus sese aequum exultimans, cepit uti sella aurea, pulvino aureo, velo aureo ad mensam, habere galatram, Cardinalium ordinis in signe, loco cuiusdam idoli sacri, qui, cum ille pedibus iter, sublimè à ministro praeferebatur, in facelloque regio super altare collocabatur tantisper, dum res fieret divina. Jus dicebat juris imperitiss. emendicatis Jurecosi. responsum sese concitulae instar maniens. Apostolicae legationis munus à Pontificis consecutus, nihil prius habuit, quam ut aliqua insigni re doceret, fe alios dignitate exuperare; & quia nullum jam propemodum ceremoniarum genus erat, quòd non ulit.

